



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

19. C. Bernadus compositionem suadet. Et assequitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

varia causatus provinciam hanc excusa- 1663.
vit.

Et quanquam optabat *Christophorus Ber-* Execu-
nardius etiam præteritum se, qui cœptam nu- tionem
per, cum Principe finitimo, amicitiam fovere *urget.*
malebat, quam vel minimi causam præbere
turbamenti; quod tamen hinc iteratâ valen-
tis apud Imperatorem *Liechtensteini* com-
mendatione, indè præsentis Ejusdem Legati
(qui erat *Ignatius Franciscus de Haes Colo-*
niensis) continuâ prece sollicitaretur: haud
commodè potuit munus hoc, quantumvis in-
visum, citra Cæsaris offensionem detrectare.
Ut tamen animum probaret vicino Principi
devotum, procrastinatâ executione, amicam
partibus suadet compositionem.

Augusto igitur mense diem dicit *femmin-* 19.
ge Frisiæ loco, tentandæ concordæ designa- *C. Bern.*
to. Ablegat isthuc è Concilio suo Joannem *composi-*
Godefridum Baronem de Beveren & Bernar- tionem
dum de Wiedenbruck Præsidentem Aulici Tri- tentat.
bunalis. Pro *Georgio Christiano* compa-
ruère *Freitagius* Nobilis *Friso & Amersbec-*
kius Jurisperitus. Adfuère & mediarum
quasi partium Ducis *Wurtembergij* (is *Frisij*
Principis focer erat) Cancellarius, *Mylerus*
ab *Ehrenbach*, vir ab eruditione clarus, ac
Mulnerus Domûs *Brunsvico-Lunæburgicæ*
Ablegatus.

Post varios congressus, cum ne latum qui-
dem

1663. dem unguem à decreti Cæsarei rigore morti se pateretur *Liechtensteinij* Legatus, *Georgius Christianus* abruptâ *Femmingensi* dicentia cum suis ad *Christophorum Bernardum* ipse excurrit, qui annuâ tunc venatione in *Hornmelingis* oblectabatur.

Et assequitur.

Istic Principes inter conventum, quod *Aurica* postea firmatum est, tabulis operâ *Beronis de Beveren* uti *Monasteriensis* Legati hoc potissimum tenore expeditis. *Ursus instans* proximè *S. Michaelis Archangeli* festum centies & trigesies quinquies mille dalerum *Imperialium*, seu censum à *Comitiis* *Armeniacis* *quingagesimi quarti*, ex utraque tam *Viennensi*, quam *Berummianâ* sorte *Capitali* reddendum, & *Monasteriensi Principi*, & *Liechtensteinij Legato*, *Meppene* exsolvat *Friso* Princeps; ac dein, & totum quidem *Viennense* debitum, anno mox sequente, ipso *S. Georgij* die. *Tribus* verò *succedentibus*, & eâdem *septe*, *Berummense* *Capitale* integrum, ita tamen ut quotannis duntaxat *triens*, pari modo numeretur. *Obligatio* connectitur *severa*, & *stringens* satis. *Si morosus* foret *Friso*, nec *post* *statis* *diebus* *nummos* *tradat*, *liberum* *esto* *Monasteriensi*, *non* *expectatâ* *aliâ* *Cæsaris* *monitione*, *in* *Frisia* *exequi* *Judicis* *decretum*; *nec* *interim* *quidquam* *censeatur* *derogatum* *Cæsaria* *commissioni*.